Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eum amictus syndone super nudo: et tenuerunt eum. At ille
relicta syndone nudus profugit ab eis. Et adduxerunt
ihm ad summum sacerdotem. Et convenerunt omnes sacerdotes
et scribe et seniores. Petrus autem alonge secutus est eum
usque intro in atrium summi sacerdotis: et sedebat cum ministris
et calefaciebat se ad ignem. Summi vero sacerdotes et omne con-
lium querebant adversus ihm testimonium ut eum morti tra-
derent: nec inveniebant. Multi enim testimonium falsum
dicebant adversus eum: et convenientia testimonia non
erant. Et quidam surgentes: falsum testimonium ferebant adversum eum dicentes. Quoniam nos audivimus
eum dicentem. Ego dissolvam templum hoc manufactum:
et per triduum aliud non manu factum edificabo. Et non erat con-
veniens testimonium eorum. Et exsurgens summus sacerdos
in medium: interrogavit eum dicens. Non respondes quid
quid ad ea que tibi obiciunt hi homines. Ille autem tacebat et nil
respondit. Iterum summus sacerdos interrogabat eum
et dixit ei. Tu es xpc filius benedicti. Ihs autem dixit illi.
Ego sum. Et videbitis filium hominis a dextris sedentem vir-
tutis et venientem cum nubibus celi. Summus autem sac-
dos scindens vestimenta sua ait. Quid adhuc desideramus
testes: audistis blasphemiam. Quid vobis videtur:
Qui omnes condempnaverunt eum esse reum mortis.
Et ceperunt quidam conspuere eum. et velare faciem eius
et colaphis eum cedere: et dicere ei. Prophetiza. Et ministri
eum alapis cedebant. Et cum esset petrus in atrio de
orsum venit una ancillarum summi sacerdotis: et videns
petrum calefaciente se: aspiciens illum ait. Et tu cum ihu
nazareno eras. At ille negavit dicens. Nesciq sno: neq